

**Elenchus lectionum pvblicarvm, quas ... in
Regia Academia Vpsaliensi, professores ...ad
diem 4. Oct. Anno 1657.**

[Upsala] :
[1657.]

EOD – Miljoner böcker bara en knapptryckning bort. I mer än 10 europeiska länder!



Tack för att du väljer EOD!

Europeiska bibliotek har miljontals böcker från 1400-till 1900-talet i sina samlingar. Alla dessa böcker går nu att få som e-böcker – de är bara ett musklick bort. Sök i katalogen från något av biblioteken i eBooks on Demand- nätverket (EOD) och beställ boken som e-bok – tillgängligt från hela världen, 24 timmar per dag och 7 dagar i veckan. Boken digitaliseras och blir tillgänglig för dig som e-bok.

EOD bokens fördelar!

- Få samma utseende och känsla som med originalet!
- Använd ditt standardprogram för att läsa boken på skärmen, zooma och navigera genom boken.
- Skriv ut enstaka sidor eller hela boken.
- *Sök:* Använd fulltextsökning för enskilda fraser.
- *Klipp & klistra:* Kopiera bilder och delar av texten till andra applikationer (t.ex. ordbehandlingsprogram).

Villkor för användning

Genom att använda EOD-tjänsten accepterar du de villkor som ställs av biblioteket som äger den aktuella boken.

- Villkoren på svenska: <http://books2ebooks.eu/odm/html/nls/sv/agb.html>

Fler e-böcker

Redan nu erbjuder 30 bibliotek från 12 europeiska länder denna service. Mer information finns tillgängliga via <http://books2ebooks.eu> alla boken.

- <http://search.books2ebooks.eu/>

In Jesu Nomine
E L E N C H U S
 P R Æ L E C T I O N U M P U B L I C A R U M
 In Regia Academia Ubsaliensi

Anno futuro à Professoribus proponendarum.

Ex decreto Consistorii P. P. ad diem 4. Oct. Anno 1657.

Theologi.

L Laurentius Stigzelius Epistolam S. Pauli ad Ephesios & Philipenses enarrabit. In Historiâ verò Ecclesiasticâ N. T. progredietur, quantum vacatio à revisione Ordinantiæ Ecclesiast. tulerit. Idque horâ 9. in Audit. Vet.

Johannes Elai Terferus S. Theol. D. & Professor ord. nec non Pastor in Warala/ Exodi textum, quem hactenus Annotationibus illustraverat, conferet cum variis & præcipuis versionibus; Quo facto, Leviticum, eodem ordine, quo priores libros, enarrandum aggredietur, idque hora octava in Auditorio Gustaviano.

Carolus Lishman Theol. D. Prof. ordin. & Pastor in Dannemarc / postquam præcipua & selectissima in proverbii absolverit gratâ brevitate, Psalmos incipiet enarrare: Hac autem methodo, ut varias cum textu Ebræo conferet versiones, controversias examinet, & ad classes, seu locos Theologicos, oracula & sententias insigniores referat. Docebit in audit vet. maj. h. 2. pom.

Ericus Odhelius S. S. Theol. D. & Prof. ord. Ecclesiæque Dei in Børje Pastor, Locos Communes Articulorum fidei, ex Hassenrefferò, eâ, quâ cœpit, methodo, in thesi atque antithesi, breviter & perspicue exponet in Auditor. Gustaviano horâ 3. pomerid.

Juris-Consulti.

Daniel Sidenius I. U. D. Prof. ord. jurisprudentiam Sveo-Gothicam criminalem, ad praxin forensam accommodatam proponet, idque h. 9. in aud. Gust.

M. Israel Brिंगius Iur. P. ord. Institutiones juris, de novo, juvante Deo, auspicabitur, & Legibus patriæ accommodabit, H. 2. in Aud. vet. min.

Medici.

M. Iohannes Franckenius M. P. continuabit lectionem in doctrina de Febribus hora 1.

M. Olaus Stenius M. & Phys. Prof. Physicam, quâ nuper incoepit, continuabit, eaque absoluta, hominis constitutionem, per sua principia & conditiones particulatim exponet, Idque hora 4. in Aud. V. Maj.

Philosophi.

M. Laurentius Fornelius, Poeseos Professor, reliqua in Metamorphosi persequetur, Hora 1. in Audit. Gust.

M. Olaus Unonius Log. Prof. ord. dilucidam explanationem (quam nuperrimè aggressus est) præceptorum logicorum tradet, eaque ad verum & genuinum suum usum referet: Idque hora 8. matutinâ, in Auditorio Majori Veteri.

Dn. Henricus Ausius Græcæ Lingvæ Professor ordinarius, absolutis illis, quorum explicationem prior lectionum index promisit, Rapsodias aliquot Iliadis Homericæ, quæ duodecimam sequuntur, itemque Παιδων ἀγωγὴν ex Plutarcho interpretabitur, horâ 7. in auditorio Gustaviano.

M. Johannes Laurbergius Ling. Orient. Prof. ordin. Syriacam & Arabicam docebit in aud. vet. min. h. 9.

Dn. Johannes Schefferus Eloquent. & Polit. Professor Skyttianus Ordinarius, Taciti pulcherrimum, planumque politicæ prudentiæ libellum de vita Agricola proponet publice, quantum valetudo permittet. Addet quoque alia, quæ informationi Eloquentiæ stylique inservire videbuntur. Leget hora 3. Pomer. in Audit. Vet. Majori.

Dn. Benedictus Hedraus proponet Arithmeticam vulgarem, Decimalem, & Sexagenariam, in Audit. Gustav. hora 2.

Dn. Johannes Bureus Math. Prof. ord. absolutâ Trigonometriâ nuper inchoatâ, Astronomiam proponet in Aud. Vet. Maj. horâ 3.

M. Petrus Ljungh Philosophiæ Civilis Professor, Deo duce Ethicam ex Aristotele cum necessaria textus paraphrasi proponet; & in doctrina morum, probatos auctores, sacros & profanos, Græcos & Latinos, Aristotelis Lectioni ordine convenienti adjunget, horâ 8. in Audit. Vet. min.

Dn. Emundus Figrelus Histor. Professor. quæ in vitis Excellentium Imp. Cornelii Nepotis residua sunt, favente Deo, persequetur, idque in Audit. vet. maj. horâ 1.

Dn. Jonas Sundel Eloq. Professor Regius Livianam interpretationem publicè, exercitia styli privatim continuabit. Docebit h. 4. in Auditor. Gustav.

Professores Extraordinarij.

Dn. Petrus Joh. Rudbeckius S. S. Theolog. Professor Extra-ordinarius, absoluto Tractatu de Potestate ac Primatu Papæ Romani per Theologos Smalcaldicæ congregatos conscripto: B. D. LUTHERI Majorem Catechismum (cujus præfationem si tantummodò perlegas, quam facillimè te ejus auditorem profiteberis, cum dictus Lutherus puerum ac discipulum Catechismi etiam senem necesse habuerit se profiteri, professusque libenter, ut ipse in nominata præfatione ait) publicè exponendum privatimque disputandum aggredietur. Quod fiet in Audit. Vet. Minori hora 1. pomer.

Dn. Petrus Eliæ Gavelius Juris illius universi Professor Extraordinarius, BREVE DECLARATUM suum, in Hugonem Grotium de jure belli ac pacis, dum perscribere al-laborat, ipsum hunc AUTOREM κατὰ πόδα perlustrando, sollicitâ cum cautione eorum quæ limitanda sunt in illo, ut jam cœptum est, horâ 12. in vet. majori proponet. Atque sperat se eundè ante ferias æstivas divinâ ope absoluturum.

AS 1674.

N. *Lindae*
U. J. G. G. G.

ad Prae. Logi.

+ N.

+ N.

Jordanicum

U.

N.

J. O. Rudbeckius Academiæ Botani: & Musici: Profes. Extraord.
Laur. Bureus. Antiquitatum Patriæ prof. ordinarij.
Liceo V. Archivario regni.

www.books2ebooks.eu